

6585.

1362 februari 22.

Västerås.

Borgaren i Västerås Vilken Naghl erkänner, att han mottagit 120 mark svenska penningar av välbördig man Magnus Tyrgilsson på salig herr Anders Eskilssons vägnar, vilken summa denne och hans arvingar dittills haft till låns av utfärdaren, som nu ger Magnus kvittobrev på att summan betalats.

Orig. på perg. (20,5 × 9,7 cm; 8 rader), Sv. Riksark. (= RPB 528). Övre vänstra hörnet saknas. †

[Omnibus] presens scriptum cernentibus Vilichinus Naghl ciuis Arosiensis salutem [in domino] sempiternam Tenore presencium pateat omnibus euidenter me a viro n[ob]ili Magno Thirgilson centum xx marcas denariorum sueuorum ex parte dominj Andree / Eskilson bone memorie in quibus mihi tenebatur et adhuc heredes suj tenentur leuasse et integraliter habuisse vnde ipsum Magnum predictum a solucione premisse pecunie vlteriorj quittum et solutum reddo penitus in hiis scriptis^a in cuius quitacionis testimonium sigillum meum presentibus est appensum scriptum Arosie^b anno dominj M^o ccc^olx secundo in die catedra sanctj Petri

Sigillet bortfallet från den ur brevet skurna tvåflikade remsan.

^a Radslut. ^b arosiensis ms.

6586.

1362 februari 23.

Västerås.

Konung Håkan utfärdar skyddsbrev för Laurentius de Eldo, ombudsman hos Magnus Håkansson, samt dennes gods och alla där boende, varjämte konungen befriar honom för hela hans tjänstetid från alla ledungsuppbåd men likväl låter honom njuta samma fräse som andra rikets män; han skall dock vid behov ställa en utlänning eller annan icke rusttjänstskyldig att göra konungen och kronan rusttjänst i sitt ställe. — Jfr brev 1350 ^o/₅ (DS 4567) och 1366 ^o/₈.

Orig. på perg. (21,9 × 10,6 cm; 11 rader), Sv. Riksark. (Sävstaholms-saml.). — Orig. har tillhört assessor C. H. Wattrang, död 1733, enligt avskrift i Peringskiölds Dipl. Regum E 12.

Omnibus presens scriptum cernentibus Haquinus dej gracia rex Swecie et Norwegie salutem jn domino sempiternam Nouerint vniuersi quod nos exhibitorem presencium Laurencium de Elde officialem bonorum Magni Haquonson cum omnibus bonis suis mobilibus et immobilibus ac familiis jn eisdem commorantibus sub nostras pacem et proteccionem suscipimus specialiter defendendum Dimittentes ipsum ab omnibus expedicionibus generalibus et particularibus cum et quociens eas decetero coniunctim vel diuisim euocare contingat quamdiu in seruicio suo steterit liberum pariter et exemptum Nec eo minus ipsum ea libertate qua ceteri homines regni in bonis suis vti noscuntur frui volumus et gaudere Jta tamen quod vnus extrane[us]^a vel vnus alius qui nobis et corone super seruicio obligatus non extiterit in nostro et corone seruicio seruire tenebitur cum et quociens necesse fuerit loco sui Datum Arosie anno domini Millesimo CCCLxsecundo jn vigilia beati Mathie apostoli

På baksidan (omkr. 1600): latinska Breff

Sigillet och den ur brevet skurna remsan bortslitna.

^a extranems ms.